



Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Fiducia In Devm Plurimas Et Utilissimas pro
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

Dusault, Nicolas

Coloniæ Agrippinæ, 1660

§. 6. Confusio eorum qui fidunt mundo magis quàm Deo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](#)

nominis primo, quod post infelicem ad Paduanam pugnam, licet ingenti esset animi dolore oppressus, ad matrem tamen consolandam scripsit in hanc sententiam: *omnia perdita sunt, salvo honore*. Pro eo enim habebat generosus hic princeps quando nullius ipse negligenter nomine accusari posset, nec proinde justam incurrere hominum contumeliam ob devicti exercitus sui intercessionem, servasse se omnia servato honore suo.

§. VI.

Confusio eorum qui fidunt mundo potius quam Deo.

Si igitur verissimum est tam cupidos esse honoris homines tam abhorrentes à contemptu, ut qui maximè, quo tandem animo ferent fatalem illam ignominiam omnium maximam, quæ manet eos qui innixi favoribus humanis, aut propriis freti viribus, non nisi Deo, Deum deseruerunt, ideoque ab eo deserentur respecti & abjecti, abominabiles facti Angelis, exosi hominibus, derelicti à tota rerum creatarum universitate? Deus contrectoſſa eorum qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus sprevit eos psal. 52. Injustiam longè maximam Deo irrogas ingratissime mortalium, quisquis limum terræ, fumū & vaporem evanidum, saccum vermium & brachium

I. 4.

brachium carneum præfers ejus infinitæ
tentiaæ ac majestati. Hujusmodi injuria
inultam feres, extremis suppliciis vindica-
dam? An ignoras Deum esse justissimum
latorem honoris sui, ejusdem verò viola-
vindicem severissimum? An ignoras sapien-
tissimam ejus potentiam, cui omnia servium
pro nutu ac beneplacito suo, quā quibuscum-
que causis ad quoslibet producendos effectus
facillimè utitur, nec unquam intento frustra-
tur eventu. Experientia quotidiana videt
desideria multorum & negotia quæ prud-
tissimè concepta, rectissimèque videbantur
ordinata, ab eo impediri ac everti ad confi-
sionem eorum à quibus erant sine Dei con-
flio voluntateque suscepta. *Dominus dispe-
nsa gentium reprobat autem cogitationes
populorum & reprobat consilia principum.* p. 32.
*Quæ nimur non sunt conformia la-
etissimæ ejus providentiaæ, idque agit tan-
dextrè & feliciter, ut sæpenumerò quæ stu-
videntur, confundant mundi prudentiam
fortis vincatur in fortitudine sua, & astutus
capiatur in astutia sua, non enim est fortu-
do, non est prudentia, non est consilium contra
Dominum. Ipse infatuavit Consilium Abdi-
loni datum ab Achitophele clarissimo omni
æstatum Davidis consiliario, cuius erat omni-*

infinita p*er* consilium quod dabant teste scripturā , quasi s*e* di injuria
iis vindicavit consilium Jeroboami , qui sollicitus con-
fissimum v*er*ò violenter sapientiam servium
quibuscula*m* dos effectu*m* e*n*to fructu*m* n*on* videmus
quæ prudenter videbant*m* ti ad confit*m* e*n*ti*m* Dei com-
in*it* i*us* dis*ciplina* cogitatione*m* cipum. p*ro* forma*m* agit tan*q* o quae studia*m*
& astut*m* est fortun*m* l*ib*l*ium* contra*m* l*ib*l*ium* Ab*la*mo omni*m* s*er*at omni*m* am*p*
consilium quod dabant teste scripturā , quasi s*e* qui consuleret Deum . 2. Reg. 16. Ipse dissipavit consilium Jeroboami , qui sollicitus confissimum v*er*ò violenter sapientiam servium servum
verò violenter cultu populo adorandos proposuerat duos vitulos aureos . 3. Reg. 12. Ipse irritam reddidit prudentiam Pharaonis , qui credidit posse se nomen nationemque dele Hebraeorum , præcipiendo ut quidquid ex his masculini sexus natum fuisset , projiceretur in flumen , submergendum Nilo . Exod. 1. Ipse frustravit impias spes synagogæ principum qui putabant damnato JESU Christo ad ignominiosissimam mortem , posse se nascendere Christianam religionem in ipsis velut incunabulis extinguere , & hac ratione Rempub*l*iam tueri contra Romanos . Verum ita Deus cuncta disposuit ipsisque mediis quæ politici illi ad suum finem consequendum excogitarant , usus obtinuit omnino contrarium . Nimurum , qui habitat in calis irridebit us & Dominus subsannabit eos psal. 2. Et v*er*ò decet divinam majestatem , ut quibus armis sacrilegi mortales divinum conantur honorem oppugnare , iisdem vieti suo excidant , datin opprobria & ignominiam æternam , quæque contra Deum impiè jacula jaciunt , in eorum capita decidunt . Jam v*er*ò non solum Deus

I. 4.

Deus ridebit in interitu eorum , qui spe
in hominibus ac insaniis falsis rerum cre-
rum , quanquam illa Dei irrisio & sublim-
tio tantum excedat omnem aliam qua-
potest , quantum infinita ejus magnificen-
tia. Incomparabiliter major est omni eo , q.
Deus non est. Verum etiam Universi ordo
caelestis hierarchiae atque omnium homi-
nium cuiuscunque aetatis , caeli quoque ac elemen-
ta , dæmones ipsi & damnati , licet ejus-
criminis rei , conspirabunt cum Deo , & im-
debunt insensatos istos eorumque similes
qui maluerunt inniti baculo arundineo , &
columnis firmamentis , qui vanitatem crea-
rarum praetulerunt veritati & virtuti Creatu-
ris. Sic fiet hujusmodi , uti prædictit Prophet.
*Super eum ridebunt & dicent: ecce homo , qui
non posuit Deum adjutorem suum , sed quis
in multitudine divitiarum suarum & prava-
lusi in vanitate sua.* Itaque non curia tannum
caelestis universa , sed omnes insuper inhabi-
tatores triplicis mundi regionis caeli , terræ
orci , justi & impii , homines & Angeli sub-
fannabunt & dicent hominibus istis intentis
in illos digito: *Ecce homo qui non posuit Deum
adjutorem suum.* Nec solum ad tempus ludic-
rium se videbunt omnium in circuitu , sed in
opprobrium dabuntur sempiternum omnes
mundi & vanitatis amatores.

§. VII.